

Psalmus responsorius

Ps 68, 14 & 17. 30-31. 33-34. 36ab & 37 (R̄: cf. 33)

R̄. Húmiles, quærite Deum, et vivet cor vestrum.

¹⁴ Ego vero orationem meam ad te, Dómine,
in tēpore benepláciti, Deus.
In multítudine misericórdiæ tuæ exáudi me,
in veritáte salútis tuæ.

Exáudi me, Dómine,
¹⁷ quóniam benígna est misericórdia tua;
secúndum multítudinem miseratiónum tuárum
réspecte in me. R̄.

³⁰ Ego autem sum pauper et dolens;
salus tua, Deus, súscipit me.

³¹ Laudábo nomen Dei cum cántico
et magnificábo eum in laude. R̄.

³³ Vídeant húmiles et læténtur;
quærite Deus, et vivet cor vestrum,

³⁴ quóniam exaudívit páuperes Dóminus
et vinctos suos non despéxit. R̄.

³⁶ Quóniam Deus salvam fáciat Sion
et ædificábit civitátes Iudæ.

³⁷ Et semen servórum eius hereditábunt eam
et, qui díligunt nomen eius, habitábunt in ea. R̄.